



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Novatvs Presbyter. 20. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

recepisset, nihil in humanis sibi tanti fore; et uero vel ad momentum temporis ab ejus servitio avocatur. Acceptavit conditionem Christus, cùque de cruce pollicitus est, obicem pietatis illius sese amotum. Regressa domum filium exanimem reperit; cum quo simul ac supervacuas curas tumultavit, opes quoque, & cætera malorum irritamenta sine gemitu abdicavit, omnia vicissim sancti amoris insignia assumpsit: vestem setis horridam cinctu ferreo corpori astrinxit; flagro ferreo concisum corpus nuda humus exceptit: pulvilli vicem truncus fuit: sipe ferè vixit, aut mercedulis sui laboris. Quod quisque à morbis deformior fuit, eò impensis MECHLINÆ charitate sublevabatur: satisque constat exesum elephantiasi ejus oculis petulanatum, quibus singula ægris ulcera libaverat. Ad cælum an M. CCC. LVI. abiit. Flagrum ejus, cilicum, zonaque ferrea in Virginis Salutaræ templo asservantur, sacrae militiæ tyronibus monstranda. His armis cælum expugnavit femina. Sperabitis molliora viri? Ex Chron. Minor.

Sic propinquos sicut nos metipos odio habere precipimur; ut hos ad aeterna rapientes, eorumq; carnalem gratiam, cùm præpedit, postponentes, discamus, temperata eos discretionis arte, & convenienter diligere, & salubriter odio habere. S. Greg. 7. Mar. C. 14.

S. NOVATUS PRESBYTER.

20. Junij.

Non jam Priamum aut Nioben Græcus Parnassus cantet in funera sua fœundos. Atnos PVIDENTI Senatorii ordinis Romæ viro NOVATVM & TIMOTHEVM filios geminos, totidemque filias PVDENTIANAM & PRAXEDEM gratulamus.

omne

Iunij. VITA S A N C T O R V M . 309
omnes cum ipso patre cælo insertos. Et felicitatem hanc tam sancta familia ducibus Apostolorum DD. Petro & Paulo debet, qui post hospitium tesseram PUDENTEM sacris undis admoverunt, & uti animum, ita animi socium corpus candida veste induerunt. Et servavit ille utramque ab omni labore eximiam, ædesque suas commune miseris hospitium fecit. Demortui virtutes hereditario jure sibi debitas liberi certatim involarunt, quamvis vivente, & arridente patre, idem jam fecerant. Ædes in templum versæ, patrimonium in pauperes dilapidatum; tota familia (capita numerabat XCVI.) omnis sacro fonte lustrata; latebrae afflictis Christianis datæ, firmati nutantes, roborati morientes; mortui terrâ tumulati. Sacra à Novato & TIMOTHEO fratre omnibus ministrata. Denique non jam in templum tantum, sed cælum migrasse domum tam sanctam dixisses. Certè cælo digna ab ipso cælo judicata est nobilissima hæc familia; in quam utinam more veteri transite ignobiles nos terræ filii aliquando possimus! Ex Ferrar.

Voca Deum Patrem, & da operam, quatenus tibi sit cælestis vita, divini mores, & forma Deitatis tota tua preferatur in forma; quia cælestis Parenter respondentes generi suo filios munieribus ditat divinis; degenerantes ad pœnalem revocat servitatem. S. Chrysol. serm. 71.

S. H E M M I N G V S E P. 21. Iunij.

IN HEMMINGO Aboensi Pont. à primis annis jam ex morum gemme emicuerunt, quæ infule olim maiestatem decerent; ita jam tum in pectore nihil puerile præter æratem erat. A ludis omnibus alienus, totus studiis seriis jam tunc occupabatur, & in his ipsis unius Dei gloriam quererebat,

sem-